



## ROMVLVS ET REMVS (I)

Rōmulus Remusque =

Rōmulus et Remus (-que = et)



crēscere



diligere



cūrāre



nūtrīre

beātus -a -um = laetus -a -um

Rōmulus (is) → Rōmulum (eum)

Lārentia (ea) → Lārentiam (eam)

geminī (iī) → geminōs (eōs)

bene *adv* < bonus

audīre



rūmōrēs

labōrāre = officium facere

Rōmulus Remusque in casā Lārentiae et Faustulī habitant. Iī in campō Albānō laetī crēscunt. Lārentia et Faustulus Rōmulum Remumque cūrānt. Quid agit Lārentia? Lārentia Rōmulum tollit atque eum nūtrīt. Ecce Remus plōrat. 5 Lārentia Remum audit, eum quoque tollit et nūtrīt. Geminī rident. Vīta geminōrum beāta est: iī vītam beātam habent. Rōmulus et Remus cum Lārentiā habitant et eam diligunt. Etiam Faustulum diligunt. Faustulus et Lārentia vītam 10 beātam cum geminīs agunt. Iī geminōs diligunt et eōs bene cūrānt, sed in campō Albānō sunt rūmōrēs. Virī et fēminae dicunt: «Rōmulus Remusque nōn sunt filiī Faustulī et Lārentiae. Māter eōrum in oppidō habitat...». Faustulus 15 rūmōrēs audit et timet.

Rōmulus Remusque nōn iam puerī sunt neque in casā manent. Geminī in campō cum Faustulō labōrant. In eō Faustulus vaccās cūstōdit.



20 Quid agunt geminī in campō? Iī Faustulum iuvant. Geminī pāstōrēs sunt. In campō Albānō vaccae errant. Geminī vaccās dūcunt et eās cūstōdiunt. Iī enim pāstōrēs probī sunt.



25 In silvā sunt latrōnēs. Latrōnēs virī improbī sunt, nam vaccās rapiunt eāsque in silvā occultant. Vīta eōrum est improba: latrōnēs vītam improbam agunt. Rōmulus et Remus latrōnēs quaerunt et cum iīs pugnant. Officium geminōrum arduum est, sed iī officium bene faciunt  
30 neque id negligunt. In campō Albānō sunt multī pāstōrēs: iī quoque officia bene cūrant neque ea negligunt, nam probī sunt!

### Verba Latīna


Verba I: habitāre, cūrāre, errāre, labōrāre, iuvāre, pugnāre

Verba II: habēre, vidēre

Verba III in cōnsonantem: crēscere, tollere, diligere, dūcere, agere

Verba III in vōcālem: facere, rapere

Verba IV: venīre, nūtrīre, audīre, cūstōdīre




quarere vacca

vaccae (eae) → vaccās (eās)

enim = nam


probus -a -um = bonus

improbus -a -um ↔ probus



pugnāre

officium arduum



officium (id) sg

officia (ea) pl

officium negligere ↔ officium facere, cūrāre

## Rem tenē!

---

### 1. Respondē ad interrogāta:

- Quid facit Lārentia?
- Quid timet Faustulus?
- Num Rōmulus Remusque in casā manent?
- Quid faciunt Rōmulus et Remus in campō?
- Suntne improbī Rōmulus Remusque?
- Suntne latrōnēs probī?

### 2. Estne vērum an falsum?

- Geminī Lārentiam Faustulumque nūtrunt.
- Filiī Faustulum et Lārentiam cūrant.
- Lārentia rūmōrēs timet.
- Pāstōrēs virī improbī nōn sunt.
- Multi latrōnēs in campō Albānō vaccās cūstōdiunt.

| V | F |
|---|---|
|   |   |
|   |   |
|   |   |
|   |   |
|   |   |

## Vocābula disce!

---

### 3. Quae adiectīva conveniunt?

- vīta: \_\_\_\_\_
- virī: \_\_\_\_\_
- officiū: \_\_\_\_\_
- puerī: \_\_\_\_\_
- māter: \_\_\_\_\_

arduum  
beāta  
improba  
proba  
probī

### 4. Vocābula cum imāginibus iunge:

audīre / crēscere / cūrāre / diligere / nūtrīre / plōrāre



plōrāre

\_\_\_\_\_

\_\_\_\_\_

\_\_\_\_\_

\_\_\_\_\_

\_\_\_\_\_

## 5. Quae est sententia?

Rōmulus Remusque  
Faustulus  
Pāstōrēs  
Lārentia  
Geminī  
Latrōnēs

rūmōrēs  
vaccās  
Faustulum  
probī  
officium  
geminōs

nōn neglegunt  
audit et timet  
diligunt  
rapiunt  
cūrat  
sunt

- a. *Rōmulus Remusque probī sunt* \_\_\_\_\_  
b. \_\_\_\_\_  
c. \_\_\_\_\_  
d. \_\_\_\_\_  
e. \_\_\_\_\_  
f. \_\_\_\_\_

## 6. Vocābula apta elige:

- a. Rōmulus et Remus cum virīs improbis \_\_\_\_\_.  
b. Lārentia et Faustulus Rōmulum Remumque \_\_\_\_\_.  
c. Rōmulus Remusque in campō Faustulum \_\_\_\_\_.  
d. Geminī vītam improbam nōn \_\_\_\_\_.  
e. Virī improbī vaccās \_\_\_\_\_.

cūrant  
habent  
iuvant  
pugnant  
rapiunt

## Ecce lingua

## 7. Quid nōn convenit?

- a. vītam, officium, geminōrum, casam, eum  
b. labōrant, diligunt, crēscunt, dūcunt, faciunt  
c. eās, vaccās, geminōs, officia, eum  
d. liberī, geminōs, virī, vaccae, officia

## 8. Adde terminātiōnēs singulārēs aut plūrālēs :

- a. Lārentia Rōmul\_\_\_ et Remum nūtrit.  
b. Rōmulus Remusque ardu\_\_\_ offici\_\_\_ nōn neglegunt.  
c. Latrōnēs vīt\_\_\_ beāt\_\_\_ nōn habent, sed improb\_\_\_.  
d. Pāstōrēs vacc\_\_\_ dūcunt et cūstōdiunt.  
e. Geminī offici\_\_\_ in campō nōn neglegunt.  
f. Etiam pāstōrēs offici\_\_\_ sua bene cūrant.

Fēminīnum:  
-am, -ās

Masculīnum:  
-um, -ōs

Neutrum:  
-um, -a

## 9. Scribe prōnōmina:

- Faustulus Lārentiam diligit atque \_\_\_\_\_ cūrat.
- Etiam Lārentia Faustulum diligit \_\_\_\_\_ que cūrat.
- Lārentia geminōs diligit atque \_\_\_\_\_ cūrat.
- Faustulus vaccās dūcit \_\_\_\_\_ que cūstōdit.
- Geminī officium cūrant neque \_\_\_\_\_ neglegunt.
- Ilī virōs improbōs quaerunt neque \_\_\_\_\_ vident.

Fēminīnum:

eam *sg*, eās *pl*

Masculīnum:

eum *sg*, eōs *pl*

Neutrum:

id *sg*, ea *pl*

## 10. Scribe vocābula apta:

- Quōs cūrant Faustulus et Lārentia?  
\_\_\_\_\_ Faustulus et Lārentia cūrant.
- Quem audit Lārentia?  
\_\_\_\_\_ audit Lārentia.
- Quam diligunt Rōmulus et Remus?  
Ilī \_\_\_\_\_ diligunt.
- Quem iuvant geminī in campō?  
Geminī \_\_\_\_\_ iuvant.
- Quid nōn neglegunt Rōmulus Remusque?  
Ilī \_\_\_\_\_ nōn neglegunt.
- Quās rapiunt latrōnēs?  
Latrōnēs \_\_\_\_\_ rapiunt.

Ut interrogāmus...

...ita respondēmus:

Fēminīnum: quam? quās?

-am *sg*, -ās *pl*

Masculīnum: quem? quōs?

-um *sg*, -ōs *pl*

Neutrum: quid? quae?

-um *sg*, -a *pl*

## 11. Commūtā 'et'/'-que':

Exemplum: Rōmulus et Remus in casā crēscunt

= Rōmulus Remusque in casā crēscunt.

a. Lārentia et Faustulus puerōs cūrant.

= \_\_\_\_\_

b. Geminī Faustulum diligit et eum iuvant.

= \_\_\_\_\_

c. Pāstōrēs vaccās dūcunt eāsque cūstōdiunt.

= \_\_\_\_\_

d. Rōmulus Remusque latrōnēs quaerunt.

= \_\_\_\_\_

e. Pāstōrēs et Faustulus in campō Albānō labōrant.

= \_\_\_\_\_



## ROMVLVS ET REMVS (II)

Ecce Rōmulus et Remus in campō Albānō lū-  
dunt: braccia exercent, saxa tollunt eaque ia-  
ciunt. Laetī sunt geminī! Subitō clāmat socius:  
35 «Latrōnēs! Latrōnēs in campō sunt! Vaccās ra-  
piunt atque eās in silvā occultant!» Geminī eum  
audiunt. Currit Rōmulus, vaccās quaerit neque  
eās videt. Ecce Remus clāmat, sed latrōnēs eum  
40 rapiunt. Rōmulus Remum audit, eum quaerit  
neque iam videt.



lūdere



exercēre



tollere



iacere



currere



vidēre



bracchium




saxum

subitō *adv* = repente



socius : amīcus

rapere



attentē, iniūstē *adv*  
 maior ↔ minor  
 vērūs -a -um ↔ falsus  
 meus mea meum  
 tuus tua tuum  
 suus sua suum  
 noster nostra nostrum  
 vester vestra vestrum  
 perversus -a -um = improbis



rēx



cūstōdiā

**Verba Latīna**

Verba I: clāmāre, rēgnāre,  
occultāre, accūsāre, nārrāre

Verba II: exercēre, iacēre

Verba III *in cōnsonantem*:  
lūdēre, currere, relinquere


Verba III *in vōcālem*:  
iacere, rapere

Rōmulus Faustulum et Lārentiam vocat. Iī Rō-  
mulum solum vident et interrogant: «Ubi est  
frāter tuus?». Rōmulus latrōnēs accūsāt: «Frāter  
meus in campō nōn est, latrōnēs eum habent!». 45  
Lārentia perterrita plōrat. Etiam Faustulus per-  
territus est atque vītā geminōrum ab initiō  
nārrat. Rōmulus eum attentē audit: «Lārentia  
nōn est mātēr tua, neque ego pater tuus sum.  
Silvia est mātēr vestra! Avus Silviae est Proca, et 50  
pater eius Numitor est. Numitor, filius Procae  
maior, avus vester est. Is est rēx vērūs Albae Lon-  
gae, sed Amūlius, filius minor, eum in cūstōdiā  
habet. Amūlius iniūstē rēgnat: is enim vir per-  
versus est neque familiam suam neque nostram 55  
dīligit...».





Nunc Faustulus nārrat: «Ecce Amūlius Silviam rapit et in templō occultat. Hīc Silvia laeta nōn est: ea in campō ambulat, aquam in fluvio quaerit, rosās carpit... neque cum familiā habitat neque vītam beātam habet. Ecce deus Mārs Silviam repente videt eamque statim amat. Is cum Silvīā iacet. Post decem mēnsēs Silvia geminōs parit. Filiōs dīligit et bene cūrat, sed Amūlius, vir perversus, geminōs Silvīae in alveō pōnit eōsque in aquīs fluvii relinquit. Deus Mārs, pater geminōrum, filiōs suōs nōn negligit eōsque in rīpā fluvii pōnit et servat. Lupa geminōs in rīpā videt neque eōs oppugnat, sed nūtrit!».



templum



fluvius

hīc *adv* : in templō  
 post + *acc* ↔ ante + *acc*  
 carpere = sumere  
 statim *adv* = sine pausā  
 repente *adv* = subitō  
 iacere: geminī in lectō iacent  
 iacere: geminī saxa iaciunt  
 decem = X (10)  
 parere = filiōs habere  
 pōnere ↔ tollere



alveus

relinquere : pōnere  
 servāre : cūstodire



rīpa

op-pugnāre < pugnāre

**Rem tenē!****12. Respondē ad interrogāta:**

- Cūr Rōmulus sōlus est?
- Cūr nōn est laeta Lārentia?
- Cūr Silvia in templō est?
- Cūr nōn rēgnat Numitor?
- Cūr Amūlius puerōs in fluviō relinquit?
- Cūr deus Mārs geminōs cūrat?

Ut interrogāmus...

... ita respondēmus

Cūr? Quia...

**13. Quis facit quid?**

- Geminōs nōn oppugnat: \_\_\_\_\_
- Iniūstē rēgnat: \_\_\_\_\_
- Remum rapiunt: \_\_\_\_\_
- In campō lūdunt: \_\_\_\_\_
- Geminōs nūtrit: \_\_\_\_\_
- Geminōs in fluviō relinquit: \_\_\_\_\_
- Saxa tollunt: \_\_\_\_\_
- Vaccās rapiunt: \_\_\_\_\_
- Saxa iaciunt: \_\_\_\_\_
- Latrōnēs accūsāt: \_\_\_\_\_

Amūlius

geminī

lupa

latrōnēs

Rōmulus

**14. Dispōne persōnās ā maximā ad minimam aetātem:**

- Silvia \_\_\_\_\_
- Amūlius \_\_\_\_\_
- Rōmulus Remusque \_\_\_\_\_
- Proca 1 \_\_\_\_\_
- Numitor \_\_\_\_\_

**15. Estne vērum an falsum? Cūr?**

- Rōmulus Remusque perterriti sunt, nam latrōnēs veniunt.
- Lārentia in campō brachia exercet.
- Pater Procae Numitor est.
- Numitor iniūstē rēgnat.
- Amūlius Silviam nōn diligit neque eam cūrat.

| V | F |
|---|---|
|   |   |
|   |   |
|   |   |
|   |   |
|   |   |
|   |   |

**16. Respondē:**

- Cuius avus est Numitor? \_\_\_\_\_
- Cuius frāter est Numitor? \_\_\_\_\_
- Cuius vir est Faustulus? \_\_\_\_\_
- Cuius fēmina est Lārentia? \_\_\_\_\_
- Cuius māter est Silvia? \_\_\_\_\_

Ut interrogāmus...

...ita respondēmus:

Cuius...?

-ī, -ae sg

-ōrum, -ārum pl

## Vocābula disce!

17. Scribe vocābula contrārium significantia:

|                 |                |
|-----------------|----------------|
| cūrat ↔ _____   | plōrat ↔ _____ |
| improbī ↔ _____ | laetī ↔ _____  |
| pater ↔ _____   | maior ↔ _____  |
| ūnus ↔ _____    | audit ↔ _____  |

18. Quid est?

aqua / bracchium / cūstōdia / fluvius / saxum / socius / templum / vacca



19. Quis est? Adde vocābulum:

**Exemplum:** Rōmulus filius Silviae est; Silvia mater Rōmulī est.

- Silvia māter Rōmulī Remīque est; Remus \_\_\_\_\_ Rōmulī est.
- Lārentia māter Rōmulī nōn est; Rōmulus \_\_\_\_\_ Lārentiae nōn est.
- Numitor est pater Silviae; Numitor \_\_\_\_\_ Rōmulī est.
- Amūlius filius Procae est; Proca \_\_\_\_\_ Amūlii est.
- Remus filius Faustulī nōn est; Faustulus \_\_\_\_\_ Remī nōn est.

## Ecce lingua

---

### 20. Quid nōn convenit?

- a. terrā, templō, rīpā, eā, officia
- b. clāmat, cūrat, dīligit, occultat, rēgnat
- c. bracchia, geminōs, familiam, puerum, casa
- d. est, sum, relinquit, videt, clāmat

### 21. Estne prīma an secunda coniugātiō?

- a. Geminī Faustulum in campō iuv\_\_\_\_\_.
- b. Iī virōs improbōs quaerunt eōsque oppugn\_\_\_\_\_.
- c. Faustulus et Lārentia Remum nōn vid\_\_\_\_\_ et clām\_\_\_\_\_.
- d. Geminī bracchia in campō exerc\_\_\_\_\_.
- e. Latrōnēs vītam perversam hab\_\_\_\_\_.

I: -at, -ant

II: -et, -ent

### 22. Errāta corrige:

- a. Numitor, Procae filiū maior, est rēx Alba Longa.
- b. Geminī latrōnēs quaerunt eumque oppugnant.
- c. Multī virī cum Rōmulō et Remō venit.
- d. Rōmulus currit et vaccae quaerit.
- e. Lārentia laeta est, geminī nam valent.
- f. Geminōs neque in campō neque in casā manent.
- g. Faustulus lupam videt eumque nōn oppugnat.

### 23. Adde prōnōmina possessīva:

- a. Rōmulus: «Lārentia est māter \_\_\_\_\_».
- b. Faustulus: «Nōn Lārentia, sed Silvia est māter \_\_\_\_\_».
- c. Rōmulus audit vītam \_\_\_\_\_.
- d. Remus vaccās \_\_\_\_\_ quaerit.
- e. Lārentia: «Ubi est frāter \_\_\_\_\_?»
- f. Rōmulus: «Frāter \_\_\_\_\_ in cūstodiā est!»
- g. Pāstōrēs officia \_\_\_\_\_ cūrant, nam probī sunt.
- h. Amūlius nōn dīligit familiam \_\_\_\_\_.

#### Prōnōmina possessīva

meus, mea, meum


tuus, tua, tuum

suus, sua, suum



### ROMVLVS ET REMVS (III)

- 70 Latrōnēs oppidum Albam Longam petunt atque  
ante Amūlium Remum accūsant: «Is est vir im-  
probus; vaccās rapit in campō Albānō eāsque in  
silvā occultat. Pāstōrēs eum accūsant». Amūlius,  
perversus rēx, Remum nōn interrogat et eum  
75 in cūstōdiā habet. Iam Rōmulus et socii eius  
arma capiunt, oppidum petunt atque Remum  
in oppidō quaerunt. Rōmulus Remum līberat.  
Iam Remus līber est! Sed etiam Numitor, avus  
geminōrum et frāter Amūlii, in cūstōdiā iniūstē  
80 manet! Rōmulus Remusque avum suum iuvant  
et eum līberant. Numitor quoque līber est! Is  
filiōs Silviae videt ac laetus est: geminī enim va-  
lent neque mortuī sunt!



oppidum petit

ante + acc



arma neut plūr

līber -a -erum ↔ in cūstōdiā

ac = atque

mortuus -a -um ↔ vīvus



Verba Latīna


Verba I: accūsāre, līberāre

Verba II: exercēre

Verba III in cōnsonantem:

petere

Verba III in vōcālem: capere



rēgia

ubi : in quā

lēgitimus -a -um ↔ vērus

iūstus -a -um ↔ iniūstus

iūstē *adv* ↔ iniūstē

tyrannus = rēx perversus



rēgnāre

necāre



oppidum facere



Geminī Amūlium quaerunt. Iī rēgiam petunt  
 –rēgia est magna vīlla ubi rēx habitat. Amūlius 85  
 perterritus in rēgiā sē occultat, sed Rōmulus  
 Remusque eum vident et clāmant: «Nōs sumus  
 filii Silvīae! Tū eam in templō occultās! Numitor  
 est rēx iūstus et lēgitimus: tū autem iniūstē rēg-  
 nās!». Geminī Amūlium oppugnant atque eum 90  
 necant: mortuus est tyrannus. Iam Numitor, rēx  
 lēgitimus, in oppidō Albā Longā iūstē rēgnat.

Quid nunc faciunt geminī? Manentne iī cum  
 avō in oppidō? Minimē! Num iī campum petunt  
 atque cum Faustulō et Lārentiā manent? Mini- 95  
 mē! Geminī neque in oppidō Albā Longā cum  
 avō neque in campō cum Lārentiā et Faustulō  
 manent. Iī oppidum Albam Longam et campum  
 Albānum relinquunt atque novum oppidum  
 quaerunt. Sōlīne Rōmulus et Remus novum 100  
 oppidum quaerunt? Minimē! Multī virī Albānī  
 cum Rōmulō et Remō veniunt atque eōs in no-  
 vō oppidō iuvant. Rōmulus et Remus cum mul-  
 tīs sociīs Albānīs novum oppidum faciunt.

## Rem tenē!

24. Respondē ad interrogāta:

- Quem quaerunt Rōmulus eiusque socii?
- Quis est Numitor et ubi est?
- Cūr laetus est Numitor?
- Ubi sē occultat Amūlius?
- Quem necant Rōmulus et Remus?
- Quis est nunc rēx Albae Longae?

25. Estne vērum an falsum? Cūr?

- Rōmulus arma capit, nam Remus in cūstodiā est.
- Numitor Rōmulum Remumque liberat.
- Amūlius Silviam in cūstodiā occultat.
- Rōmulus et Remus cum Lārentiā nōn manent, sed cum avō in oppidō habitant.

| V | F |
|---|---|
|   |   |
|   |   |
|   |   |
|   |   |

## Vocābula disce!

26. Quae est sententia?

Geminī  
Avus  
Amūlius  
Latrōnēs  
Multī virī  
Socii Rōmulī

arma  
Silviam  
novum oppidum  
Remum  
avum suum  
geminōs

occultat  
quaerunt  
liberant  
accūsant  
videt  
capiunt

*Amūlius Silviam occultat*

---



---



---



---



---

27. Quid faciunt?

clāmāre / currere / exercēre / iacere / lūdere / necāre / oppugnāre / quaerere / regnāre / vidēre



## Ecce lingua

## 28. Estne tertia an quārta coniugātiō?

- a. Quid fac\_\_\_ Lārentia? Ea Rōmulum aud\_\_\_, eum toll\_\_\_ atque nūtr\_\_\_. III in cōns:  
-it -unt
- b. Quid fac\_\_\_ geminī? Iī lūd\_\_\_: saxa toll\_\_\_ eaque iac\_\_\_.
- c. Faustulus geminōs dilig\_\_\_. Iī quoque Faustulum dilig\_\_\_. III in vōc:  
-it -iunt
- d. Geminī avum suum relinquit\_\_\_ atque novum oppidum quaer\_\_\_.  
-it -iunt
- e. Pāstōrēs vaccās cūstōd\_\_\_ neque negleg\_\_\_, sed eās dūc\_\_\_. IV:  
-it -iunt
- f. Latrōnēs Remum rap\_\_\_ in campō. Amūlius Silviam in oppidō rap\_\_\_.

## 29. Aliō modō scribe:

- a. Pāstōrēs probī sunt et nōn neglegunt officium suum.  
= \_\_\_\_\_ nam = enim
- b. Geminī Lārentiam diligunt, sed iī in campō labōrant cum Faustulō  
= \_\_\_\_\_ neque = et nōn
- c. Latrōnēs vaccās rapiunt: iī enim improbī sunt.  
= \_\_\_\_\_ sed = autem
- d. Lārentia Rōmulum tollit et eum nūtrit.  
= \_\_\_\_\_ et = -que, atque, ac
- e. "Ego nōn sum pater geminōrum neque tū es māter eōrum!"  
= \_\_\_\_\_
- f. Rōmulus et Remus Amūlium quaerunt eumque necant.  
= \_\_\_\_\_
- g. Puerī perterriti sunt; lupa autem eōs nōn oppugnat.  
= \_\_\_\_\_
- h. Lārentia puerōs bene cūrat, nam ea māter eōrum est.  
= \_\_\_\_\_

## 30. Adde terminātiōnēs:

- a. Rōmulus sociique arm\_\_\_ capiunt et rēgi\_\_\_ petunt.
- b. Rōmulus Rem\_\_\_ quaerit, nam Amūlius e\_\_\_ in cūstōdiā habet.
- c. Numitor Rōmul\_\_\_ Rem\_\_\_que diligit et e\_\_\_ iuvat.
- d. Amūlius quoque Silvi\_\_\_ in templō occultat, atque Remus Rōmulusque e\_\_\_ quaerunt.
- e. Geminī nov\_\_\_ oppid\_\_\_ quaerunt.

## Cōgitō ergō... grammaticam discō!

### MEMORANDVM I: Cāsus Accūsātīvus

- Ecce Lārentia. Faustus Lārentiam cūrat.  
= Faustus **eam** cūrat.  
Ecce vaccae. Latrōnēs vaccās rapiunt.  
= Latrōnēs **eās** rapiunt.
- Ecce Rōmulus. Lārentia Rōmulum tollit.  
= Lārentia **eum** tollit  
Ecce geminī. Lārentia geminōs dīligit  
= Lārentia **eōs** dīligit.
- Ecce officium. Pāstōrēs officium nōn neglegunt.  
= Pāstōrēs **id** nōn neglegunt.  
Ecce arma. Sociī arma capiunt.  
= Sociī **ea** capiunt.

Lārentiam, **eam**  
= Accūsātīvus fēminīnus singulāris  
vaccās, **eās**  
= Accūsātīvus fēminīnus plūrālis

Rōmulum, **eum**  
= Accūsātīvus masculīnus singulāris  
geminōs, **eōs**  
= Accūsātīvus masculīnus plūrālis

saxum, **id**  
= Accūsātīvus neuter singulāris  
saxa, **ea**  
= Accūsātīvus neuter plūrālis

### MEMORANDVM II: Verba Latīna

|        | Verba III:<br>in cōnsonantem<br><i>inf.</i> dūc-ere | Verba III:<br>in vōcālem<br><i>inf.</i> cap-ere |
|--------|-----------------------------------------------------|-------------------------------------------------|
| ego    | dūcō                                                | capiō                                           |
| tū     | dūcis                                               | capis                                           |
| is/ea  | dūcit                                               | capit                                           |
| nōs    | dūcimus                                             | capimus                                         |
| vōs    | dūcitis                                             | capitis                                         |
| ii/dae | dūcunt                                              | capiunt                                         |

### MEMORANDVM III: Interrogāta

- Cūr? Quia...
- Quem? Quam? Quid? = acc. singulāris.
- Quōs? Quās? Quae? = acc. plūrālis.
- Cuius? = genetīvus.

### MEMORANDVM IV: Coniūnctiōnēs

- Ac, atque, -que = et  
Rōmulus et Remus filiī Silvīae sunt =  
Rōmulus ac Remus filiī Silvīae sunt  
Rōmulus Remusque filiī Silvīae sunt.
- Neque = et nōn  
Lupa geminōs videt neque eōs oppugnat =  
Lupa geminōs videt et eōs nōn oppugnat.
- Nam = enim  
Lārentia geminōs bene cūrat, nam ea  
māter eōrum est =  
Lārentia geminōs bene cūrat, ea enim  
māter eōrum est.

## Scīsne?

### 1. Dē origine linguae Latīnae

Ut Lārentia et Faustulus, Rōmulus Remusque, fēminae et virī, puellae et puerī nōn sōlī neque *per se* in vitā sunt et exsistunt, sed parentēs habent atque ex ūnā familiā veniunt, etiam linguae familiam suam habent, in quā sunt parentēs et liberī. Lingua Latīna est in familiā Italicā (in familiā linguārum Italicārum). Nōmen linguae Latīnae ā Latiō venit: lingua Latīna est lingua Latīi. Etiam aliae linguae sunt in familiā Italicā, ut lingua Osca et lingua Umbra.

Māter linguae Latīnae (et linguae Oscae et Umbrae) lingua Indoeurōpaea est: ea est fundāmentum (māter) multārum linguārum quae sunt in Eurōpā et Asiā et Americā. Lingua Indoeurōpaea antīquissima est –ante V mīlia annōrum initium habet– atque multōs liberōs (novās familiās linguārum) habet, nam nōn sōlum linguae quae sunt in familiā Italicā sunt linguae Indoeurōpaeae, sed etiam linguae quae sunt in familiā Graecā, in familiā Germānicā, in familiā Celticā, in familiā Indoirānicā...


Ut familiae hūmānae, ita familiae linguārum crēscunt atque novōs liberōs habent. Lingua Latīna est māter multārum linguārum novārum quae in Eurōpā sunt: lingua Latīna est māter linguae Hispānicae, Catalaunicae, Gallaecae, Lūsītānicae, Italicae, Francogallicae, Dacoromānicae... Quae est māter linguae Anglicae et Germānicae? Māter eārum est lingua Germānica antīqua. Quae est māter linguae Graecae quae nunc in Graeciā est? Māter eius lingua Graeca antīqua est.

Familia linguārum est tam magna quam arbor in quā sunt multī rāmī. Truncus est lingua Indoeurōpaea, primī rāmī sunt linguae antīquae et ultimī rāmī sunt linguae novae ut lingua Hispānica et lingua Anglica. In Eurōpā multae linguae sunt, sed tantum ūna lingua aeterna est: lingua Latīna.



## 2. Oppida et gentēs

Īspice tabulam geōgraphicam. Quae oppida vides? Quās gentēs, quōs hominēs?  
Nārrā condiscipulīs tuīs.



Quae est patria eius? Ubi habitat? Ubi est oppidum?

Exempla:

Quae est patria Boudiccae? Patria eius est Britannia.  
Ea est fēmina Britanna.

---

---

---

Ubi habitat Hannibal? Hannibal in Āfricā habitat.  
Is est vir Āfricānus.

---

---

---

Ubi est Rōma? Rōma in Italiā est. Rōma est oppidum  
Italum.

---

---

---

|           |                  |
|-----------|------------------|
| Hispānia  | Hispānus -a -um  |
| Lūsītānia | Lūsītānus -a -um |
| Gallia    | Gallus -a -um    |
| Britannia | Britannus -a -um |
| Germānia  | Germānus -a -um  |
| Italia    | Italus -a -um    |
| Graecia   | Graecus -a -um   |
| Āfrica    | Āfricānus -a -um |
| Aegyptus  | Aegyptius -a -um |

## Vocābula II

## LECTIO I

agere  
arduus -a -um  
audire  
beātus -a -um  
bene  
crēscere  
cūrāre  
cūstōdīre  
dicere  
diligere  
ducere  
errāre  
facere  
habēre  
improbis -a -um  
iuvāre  
labōrāre  
latrōnēs *m*  
neglegere  
nūtrire  
perversus -a -um  
probis -a -um  
pugnāre  
quaerere  
rapere

rūmor *m*  
tollere  
vacca *f*  
vīta *f*

## LECTIO II

*ab initiō*  
accūsāre  
alveus *m*  
amāre  
aqua *f*  
attentē  
avus *m*  
bracchium *n*  
carpere  
currere  
cūstōdia *f*  
decem  
deus *m*  
ego  
enim  
exercēre  
fluvius *m*  
frāter *m*  
hīc  
iacere

iacēre  
iniūstē  
lūdere  
maior  
Mārs *m*  
mēnsis *m*  
meus -a -um  
minor  
nārrāre  
noster -ra -rum  
Numitor *m*  
oppugnāre  
parere  
pōnere  
post  
Proca *m*  
rēgnāre  
relinquere  
rēx *m*  
rīpa *f*  
saxum *n*  
servāre  
Silvia *f*  
socius *m*  
statim  
subitō

suus -a -um  
templum *n*  
tuus -a -um  
vērus -a -um  
vester -tra -trum  
vidēre  
vocāre

## LECTIO III

ac  
ante  
arma *n pl*  
capere  
iūstē  
iūstus -a -um  
lēgitimus -a -um  
liber -a -um  
liberāre  
mortuus -a -um  
necāre  
petere  
rēgia *f*  
tyrannus *m*  
ubi

## Dē linguīs comparandīs:

► Quaere vocābula hodierna quae ex hīs vocābulis Latīnīs dērivantur: 'facere', 'aqua', 'rēx'...

## Aurea dicta:

Haec 'aurea dicta' lege eaque cōsiderā: "Legere et nōn intellegere neglegere est", "Sic semper tyrannīs".

Suntne alia 'aurea dicta' quibus vocābula huius capituli contineantur? ► Quaere ea.